Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Lau
damus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias
agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis. Deus
pater omnipotens. Domine fili unigenite iesu xpe altissime. Domine deus agnus dei.
filius patris. qui tollis peccata mundi. miserere nobis. Qui tollis pec
cata mundi suscipe deprecationem nram. Qui sedes ad dexteram patris.
miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. tu solus dns. tu solus altissimus.
iesu xpe cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

Credo in unum Dm patrem omnipotentem factorem celi et terre uisibi
lium omnium et inuisibilium. Et in unum dnm iesum xpm filium
dei unigenitum et ex patre natum ante omnia secla. dm de deo.
lumen de lumine. dm uerum de deo uero. genitum non factum.
consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. qui propter nos homi
nes et propter nram salutem descendit de celis et incarnatus est de
spiritu sancto ex Maria uirgine. et homo factus est crucifixus etiam
pro nobis sub pontio pilato. passus et sepultus est et resurrexit ter
tia die secundum scripturas ascendit in celum. sedet ad dexteram
patris. et iterum uenturus est cum gloria iudicare uiuos et mortuos.
cui regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dnm et uiuificantem. qui
ex patre filioque procedit. qui cum patre et filio simul adoratur et con
glorificatur qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam katholicam et
apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem
peccatorum et expecto resurrectionem mortuorum. Et uitam futuri
seculi. Amen.